



A
... in Cortiano
... 1578.
et Lugd. Batav. 1572.
... Cortiano.
J. Mart. Vindob. in ...
... Petrus 1564.
in ...



BREVIARIUM ²
SEX. RVFI
(vel RVFI FESTI)

de
VICTORIIS AC PROVIN-
CIIS POPVLI ROMANI,

ad
VALENTINIANVM
Augustum:

Cum
Annotationibus
CHRISTOPHORI CELLARI,
SMALCALDIENSIS.

CIZAE,
Sumtu Io. BIELKI, Bibliop. Ien.
Exscripsit Fridem. Hetstädt.
M DC LXXIIX.

BRENNARIUM

SEX. R. V. E. I.

(vel R. V. E. I. F. E. S. T. I.)

de

VICTORIS AC PROVIN-

CUS TORNI ROMANI.

de

VALENTIANUM

Augustinum

Cum

Ammonius

CHRISTOPHORI CELLARI.

SMALCALDENSI.

GLORIAE

in diebus illorum

et in diebus illorum

et in diebus illorum

ca
m
p
e
q
co
V
te
de
m
st
ue
le
qu



Ad Lectorem.

SExtum Rufum, vel, si ma-
 nis, Rufum Feltum, Eu-
 tropio nostro iisdem auspi-
 ciis, quibus ille prodiit in lucem,
 nunc subiicimus. Gemellos scri-
 ptores qui dixerit, eum minus
 existimamus aberrare. Uter-
 que enim Romanæ Historiæ
 compendium scripsit, idque ab
 Vrbe condita ad sua deduxit
 tempora; alter copiosius qui-
 dem, alter strictim & brevis-
 sime. Fratribus quoque Augu-
 stis scripserunt & suam dedica-
 uerunt operam, Eutropius Va-
 lenti, Valentiniano Rufus. Ex
 quo perspicuum est, tempore

coniunctos fuisse, qui ad Prin-
cipes fratres suas direxerunt
epitomas. Vter horum maior
fuerit, priorque scripserit, ex
eo videtur non dubium esse,
quod Eutropii verba Rufus
sæpetranscripsisse deprehendi-
tur. Quum ergo eodem tempo-
re, eodem etiam animo, ut nem-
pe Principes suos, rerum impe-
ritiores, erudirent, eandem hi-
storiam composuerint; quid ni-
si unus in lucem prodierit, alte-
rum quoque sibi comitem at-
que socium postulet? præser-
tim quum ita se mutuo decla-
rent atque explicent, ut neuter
satis distincte intelligi queat,
nisi alterius accesserit inter-
pretatio. Non parui olim utri-


usque laborem æstimatum fu-
isse, de Eutropio exinde con-
stat, quod non solum Pæanius
& Capito in Græcam lin-
guam transtulerunt, sed Hi-
eronymus etiam, Eusebiani
Chronici liberior interpretes,
eiusdem verbis usus fuit:
de Sex. Rufo vero, quod Ior-
nandes, pro temporis conditio-
ne non ignobilis scriptor, de
Regnorum Successione, Ru-
fum æque sequutus est, atque
Eutropium ante Hieronymus.
Post hæc in tenebris iacuit Sex-
tus noster, & si quando prod-
iit, ita tamen squalidus fuit
depravatusque, ut parum pro-
baretur eruditis ingenis. Tan-
dem de ipso meritus est Io. Cu-

Spinianus, dum codicum collatione correxit, doctisq; scholiis illustravit. Nec minora Rufus Sylburgio debet, qui suo illustri operi, quod Rom. Historiæ minores scriptores continet, hunc quoq; Sextum interesse voluit, sed denuo castigatum, accuratiusque perpolitum, adeo, ut Gruterus nihil mutatum, quod ex collatione observamus, Augustæ Historiæ scriptoribus, quos uno volumine edidit, hunc quoque adiunxerit. Belgæ etiam, ut solent, non exiguam operam in Rufo emaculando locaverunt. Quibus omnibus sic usi sumus, ut per Cuspinianum & Sylburgium in primis nos profecisse

cisse fateamur. Notas subdidi-
mus, ut succincta breuitas illu-
straretur, si obscuritatem at-
tulerit: etiam ratio reddere-
tur lectionis, quam ex pluribus
sumus imitati. Sectiones seu
Capita, in margine adscripta,
a Grutero accepimus. Sunt ve-
ro, qui Rufo concisam breuita-
tem obiiciunt, & Historicam
ubertatem in eo desiderant,
nec dignum habent, qui Histo-
ricis accenseatur. Sed esto, bre-
uitate artari, (hoc enim ipsi
propositum fuit:) res multas
tamen & magnas breuibus
verbis complexus est: fac et-
iam, Historicum non esse; est
tamen calculator historiarum,
qui ære breuiori in summam

collegit, quæ alii verbosius &
per ambages enarrauerunt.
Quid multa? Omnibus, qui
nostrum carpunt, incompara-
bilis Scaliger opponi debet, qui
in Eusebianis Notis tantum
Sex. Rufo tribuit, quantum
vix ulli Historicorum. Hic no-
bis est instar amplissimi thea-
tri, quum vere reprehendi ne-
queat, quem Scaliger laudan-
dum duxit, & ipse sæpe lau-
dauit.

D.N.



D.N. VALENTINIANO,
IMPERATORI PIO, PER-
PETVO, SEMPER
AVGVSTO
SEX. R V F V S, V. C.

B ^{exiguum} ^{ut: in pres: mansuetine} Reuem fieri clementia tua ^{libellum} ^{obediens} præcepit. Parebo libens; quippe cui desit facultas ^{libellum} latius eloquendi: ac morem sequutus ^{libellum} calculorum, qui ingentes summas ære ^{libellum} breuiori exprimunt; res gestas ^{libellum} signabo, non eloquar. Accipe ergo, quæ breuiter dicta breuius computentur: vt annos & ætatem Reipublicæ ac præteriti facta temporis,

A 5

non

1. Quidam libri *Festum* vocant pro *Sexto*: alii *Rufum Festum*: etiam cetera inscriptionis verba variant. Nos *Sylburgium* sequuti sumus.
2. *libellum* non habet Rom. editio Angeli Tifernatis; atque ita *breuis* quasi Substantiue, pro more illius sæculi, *libellum* paruum significat, sicut Vopiscus in Aurel. c. 36. *breuem nominum* dixit: ad quem locum a Salmasio notata consulantur.
3. *ære breuiori*. Ita Cuspin. Sylb. Grut. Alii *æris breuioribus*, & antea *calculorum* pro *calculorum*. Istud approbat magnus Scaliger *Emend. Temp. f. 419.* de hoc ipso Rufi loco scribens: *AERA, siue, et vitiose scribitur, ERA, est numerus, computus, ἡριθμὸς. quod nomen sæculum inficetum & ineruditum ex Neutro in Femininum μεταλλάσσεται.*

non tam legere, gloriose Princeps, quam numerare videaris.

- II. Ab Vrbe igitur condita in ortum ⁴ perennitatis vestrae, quo prosperius factum imperium Romanum sortitus es, anni numerantur millecentum decem & septem. Sub Regibus, ducenti quadraginta tres: sub Consulibus, quadringenti sexaginta septem: sub Imperatoribus, quadringenti septem. Regnauerunt Romae per annos ducentos quadraginta tres, reges numero septem. Romulus, regnavit annos triginta septem: Senatores, per quinos dies singuli, annum vnum; Numa Pompilius, annos quadraginta tres: Tullus Hostilius, annos triginta duos: Ancus Marcius, annos viginti quatuor: Tarquinius Priscus, annos triginta septem: Seruius Tullius, annos quadraginta quatuor: Tarquinius Superbus, regno expulsus est anno vicefimo quinto. CONSVLES deinde fuerunt a Bruto & Publicola in Pansam ⁵ & Hirtium numero ⁶ * DCCCLXVII, praeter eos, qui in eundem annum sorte aliqua sunt subrogati; per annos

vid. tab:
10. in Sijp
Cellarij
in Hist. hij.
2.

3.

4.

5.

6.

7.

*

4. *perennitatis vestrae*. Rursi saeculo huiusmodi compellationes vsu terebantur. Eutropius, *mansuetudo tua, et tranquillitas vestra*, in Praefat. & I, II, 2. Symmachus lib. 10. epist. 24. *clementia vestra*, vt noster in primo exordio: epist. 30. *aternitas vestra*: epist. 44. *perennitas vestra* &c.

5. *in Pansam & Hirtium*, qui consules fuerunt anno proximo post interfectum Iulium Caesarem.

* 6. * DCCCLXVII. Numerus sine dubio corruptus. Si singulos enim consules numeres, iusto minor: *sin binos*, seu annos; debito maior est.

annos 7⁷ quadringentos sexaginta septem. +
 Quadraginta nouem annis Romæ Consules de-
 fuerunt: sub Decemuiris, annis duobus; sub
 Tribunis militum, annis quadraginta tribus. *p 2 57 170*
 Sine magistratibus Roma fuit annis 8⁸ quatuor.
 IMPERATORES ab Octauiano Cæsare Augu-
 sto vsque ad Iouianum fuerunt numero 9⁹ qua-
 draginta quatuor, per annos quadringentos
 septem.

Sub his igitur tribus imperandi generibus, **III.**
 hoc est, Regio, Consulari, & Imperatorio, quan-
 tum Roma profecerit, breuiter ¹⁰ intimabo. *indical*
 Sub REGIBVS septem, per annos ducentos
 quadraginta tres, non amplius, quam vsque ad
¹¹ Portum atque Ostiam intra octauum deci-
 mum milliarium a portis vrbs Romæ, vtpote
 adhuc

7. CCCCLXVII. Verus hic numerus, qui ex Hieronymi
 prologo in Haggæum constat, vnde Scaliger quoque
 interpretatur Eusebium in Chron. dubie loquentem,
 Hieronymi verba sunt: *Rempublicam per annos qua-
 dringentos sexaginta quatuor, vsque ad Iulium Cæsa-
 rem consules administrauerunt.* Si addis triennium,
 & quod excurrit, Pharsalicam inter pugnam & Cæsaris
 necem, seu post illam electos consules, Pansam & Hir-
 tium; habes annos CCCCLXVII.

8. quatuor. Liius 6, 35. per quinquennium.

9. Imperatorum numerus heic maior est, quam apud Eu-
 sebium & Cassiodorum, qui Galbam, Othonem, Vitel-
 lium, Verum &c. posthabent. Vid. *Cassian.*

10. intimabo. Verbum cadentis Latinitatis, quo præcipue *vid. e.*
 vsi sunt, Capitolinus, Spartianus, Prudentius, &c. *Cell.*

11. Portum. Gemino ostio Tiberis in mare influit: ad dex-
 trum est oppidum *Portus*, portum habens; ad fini-
 strum, *Ostia*, prima Romanorum colonia. *Procop. 1.*
Goth. c. 26.

adhuc parua & à pastoribus condita, quum finitima circum ciuitates premerent, Romanum processit imperium. Sub **CONSVLIBVS**, inter quos nonnunquam & Dictatores fuerunt, per annos simul quadringentos sexaginta septem, vsque trans Padum Italia occupata est. *in Africa subacta, Hispania accesserunt; Gallia & Britannia tributaria facta sunt.* Inde Illyrici, Istrii, Liburni, Dalmatae, domiti sunt. Ad Achaiam transitum est. Macedones subacti. Cum Dardanis, Moesis, & Thracibus bellatum est: etiam ad Danubium vsque peruentum. In Asia, expulso Antiocho, primum pedem posuere Romani: Mithridate victo, Ponti regnum occupatum; & Armenia minor, quam idem *in 2da te. Curtii.* nuerat, armis obtenta est. In Mesopotamiam Rom. peruenit exercitus. Cum Parthis foedus initum est. Contra ¹² Corduenos ac ¹³ Saracenos & Arabas bellatum est, Iudaea omnis victa est. *in bello Syriae, Pompeio, Longe, in bello Mithridatico* Cilicia & Syria in potestatem populi Romani venerunt. *in bello Ptolomei.* Aegypti reges foederati erant. Sub

12. *contra Corduenos.* Dio Cassius lib. 37. f. 35. de Pompeio, Mithridatis victore: *ὑπερφρονως τοις πρεσβεσιν ἐλάλησε, καὶ τὴν χώραν τὴν Κορδοουηνήν, ὑπερ ἧς πρὸς τὸν Τυγράν ἔλω διεφείρετο, ἀπήτησεν, legatis Phraatis superbe respondit, Corduenem quoque regionem, de qua Phraati cum Tigrae controuersia erat, poposcit.* Addit idem, quod occupatam ἀμαχεὶ sine pugna, Afranio duce, Tigrani reddiderit. Videtur esse Κορδοαία Strabonis, Mesopotamiae ad Tigrim prouincia. Vid. Strab. l. 16.

13. *Saracenos.* Plinius 6, 28. coniungit Nabataeis. Sunt enim ipsi νομάδες "Αραβες, quasi ληστρῆσι, ἃ ἡμο quod furari & pradari sonat, denominati. Scalig. in *Euf.* f. 17.

Sub IMPERATORIBVS vero per annos quadringentos septem, quum diuersa Reipublicæ fortuna multi Principes imperarint, accesserunt tamen Romano orbi Alpes maritimæ, Alpes ^{imperio} ¹⁴ Cottia, Rhætia, Norica; Pannonia, Mœsia, & omnis ora Danubii in prouinciam est redacta: ^{p. Trajanu.} Pontus omnis, Armenia ¹⁵ minor, Oriens totus cum Mesopotamia, ¹⁶ Assyria, Arabia, & Aegypto, sub imperii Romani iura transfuit. ^{pag. 53. 22. cap. 9.}

Quo autem ordine singulas prouincias IV. Romana Respublica assequuta sit, ostenditur ita. Prima prouinciarum ^{Cotta Tuburhana Bojanna Hierone Rege Sicilia.} *Sicilia* facta est. Eam ^{Cell. 20} victo Hierone, Siculorum rege, Marcellus consul obtinuit. Deinde a prætoribus ^{de prima Rege} ¹⁷ recta est; ^{de} postea commissa est præsidibus: nunc a consula-

A 4

fula-

14. *Alpes Cottia.* Vid. Sueton. Ner. 18. Eutropius 7, 9, 7.
15. *Armenia minor.* Supra de bello Mithridatico dictum, quod *Armenia minor armis obtenta sit.* Tunc vero Deiotaro, Galatiae tetrarchæ, concessa fuit, isque rex Armeniæ huius a Senatu appellatus, *Hirt. Bell. Alex. c. 67.* inde aliquamdiu regulos a Romanis accepit, *Strab. lib. 12. Tacit. 11. 9. 2.* donec in prouinciæ formam fuit redacta.
16. *Assyria.* Ita Cuspin. & Belgicæ edit. At Syllb. & Grut. ac *Syria.* Sed Syria sub consulibus, victore Pompeio, prouincia facta, excepta Commagene, quam Tiberius ad ius prætoris transtulit, & iterum Vespasianus, postquam sub Caio regulum receperat. Vid. *Casaub. ad Suet. Vesp. c. 8.*
17. *a præsidibus.* Salmasius ad Spartiani Adrian. c. 13. *Caue, inquit, appellationem præsidis ad proconsules & propratores etiam extendas. Præses quidem generale nomen de prouinciæ administratore: proprie tamen sic dicti, qui minores prouincias, que a solis procuratoribus regebantur, administrabant. Itaque in illis prouinc-*

6 BREVIARIUM

ularibus administratur. *Sardiniam & Corsi-*
*cam*¹⁸ Metellus vicit: qui & triumphauit de
Sardis, qui rebellauere¹⁹ saepe. Iuncta admi-
stratio harum insularum fuerat: post quæli-
bet suos prætores habuit: nunc singulæ a suis
præsidibus reguntur. In *Africam* pro defen-
sione Siculorum Romana transmissa sunt signa.
Ter Africa²⁰ rebellauit: ad extremum, dele-
ta per Publium Scipionem Carthagine, provin-
cia facta est: nunc sub proconsulibus agit.
Numidia ab amicis regibus tenebatur: sed
Iugurthæ, ob necatos Adherbalem & Hiempsa-
lem, Micipsæ regis filios, bellum indictum est:
& eo per Metellum consulem attrito, per Ma-
rium capto, in populi Romani potestatem Nu-
midia peruenit. *Mauritania* a Boccho rege
obtentæ sunt. Sed subacta omni Africa, Mau-
ros Iuba rex tenebat; qui in causa belli ciui-
lis,

Sunt insule
Sardinia &
Corsica.

Sc. African
nunc iunctæ
q. non sub
proconsulibus
agit.

In iugurth.
lib. 10. c. 1.

Sc. Mauritan
obtentæ sunt

videt. h. mem.
lib. 1. c. 1.

ei procurator, & præses idem. At qui in provinciis
proconsularibus procuratores erant Caesaris, hi non præ-
sides, sed procuratores tantum dicebantur, & rem fisci
curabant, nec ullam, nisi in fiscalibus causis, iurisdicti-
onem habebant.

- 18. Metellus. Liuii epit. 17. Florus 2, 2, 15. & Eutropius 2, 10, 11: L. Cornelium Scipionem de Sardinia trium-
phasse tradunt. L. autem Cæcilium Metellum postea
de Pœnis egisse triumphum splendidissimum, iidem au-
ctores addunt, Liuius epit. 19, Florus 2, 2, 27. & Eutro-
pius 2, 13, 3.
- 19. Rebelles Sardos, & de rebellibus victorias notauit Li-
uius epitom. 20. & lib. 41. c. 17. & extremo libro eor-
dem, &c.
- 20. ter rebellauit. Ad tria bella Punica respicitur, vt re-
bellare sit contra amicum aut foederatum populum ar-
ma mouere,

Handwritten marginal notes in red ink at the bottom of the page.

lis, a Iulio Cæsare victus, mortem sibi propria manu consciuit. Ita Mauritaniæ²¹ nostræ esse coeperunt: ac per omnem Africam sex prouinciæ factæ sunt: ipsa, vbi Carthago est, proconsularis; Numidia consularis; ^{Regis.} Byzacium consularis; Tripolis, & Mauritaniæ duæ, hoc est, ^{vid. 17. nat. p. 51.} Sitifensis & Cæsariensis, sunt præsidales.

^{Hispanis} primum auxilium aduersus Afros ^{per Scipiones} tulimus. ^{Rebellantes Lusitanos} in Hispania per Decimum ^{Brutum} obtinuumus; & vsque ^{Gades} ad Oceanum mare peruenimus. Postea ad Hispanos tumultuantes Decius Iunius Silanus cum exercitu missus, eos vicit. Celtiberi in Hispania sæpe rebellauerunt: ^{in insula cretæ.} ^{adfluuijs Iberis Hispani populi inde Celbi sunt Galles sed}

^{21.} Ita Mauritania nostra. Non statim, Iuba maiore extincto, Mauritania prouincia facta, sed Bocchi regnum quidem Octavianus III vir ^{is rei püb. Prouinciarum} egyptæ, postea vero cum reliqua parte permisit Iubæ filio, amico suo, cui Ptolemæus successit, Antonii & Cleopatræ ex filia nepos, quem C. Cæsar propter diuitias necauit. Claudius demum omnem Mauritaniam subegit, inque Cæsariensem & Tingitanam diuisit. ^{Caligula} Dio Cass. l. 49. 51. 53. 60. Strabo l. 17.

^{22.} Byzacium. Cuspinianus hanc lectionem restituit. Plinius lib. 5. c. 4. Libyphænicæ vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL. M. pass. per circuitum, fertilitatis eximia, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Heic oppida libera, Leptis, Adrumentum, Russina, Thapsus. Solino quoque c. 40. laudatur fertilitate Byzacenus ager.

^{23.} Sitifensis. Ita pariter Iornandes appellat de Succ. Regn. c. 48. Et quia noster infra c. 5. a Tingitana; heic a Cæsariensi distinguit, videtur inter vtramque sita, & a Sityphi metropoli dicta esse, quam Procopius 2. Vandal. c. 20. laudat.

^{24.} Vid. Florus 2. 17. 12. Velleius 2. 5.

^{Patrum et Patrimon Africanum, vid. Not. p. 68. n. 4 et 71. n. 3.}

BREVIARIUM

8
 sed misso ^{Scipione, Pauli filio} minore Africano, cum excidio Nu-
 mantia subacti sunt. Omnes p̄ne Hispania
 occasione belli Sertoriani, per Metellum &
 Pompeium in ditionem nostram accepta: post-
 ea, prorogato in quinquennium imperio, a
 Pompeio perdomita sunt. Ad extremum quo-
 que ab Octauiano Cæsare Augusto, Cantabri &
 Astures, qui freti montibus resistebant, deleti
 sunt. Ac per omnes Hispanias sex sunt nunc
 prouinciæ; Tarraconensis, Carthaginensis, Lu-
 sitania, Gallæcia, Bætica. Trans fretum etiam
 in solo terræ Africae, prouincia Hispaniarum est,
 quæ Tingitana Mauritania cognominatur.
 Ex his Bætica & Lusitania consulares; ceteræ
 præsidales sunt.

VI. Cum Gallis grauissima bella populus Ro-
 manus habuit. Galli enim etiam illam partem
 Italiae, in qua nunc Mediolanum est, vsque ad
 25 Rubiconem fluuium tenebant; in tantum vi-
 ribus freti, vt Romam ipsam bello peterent; &
 cæsis exercitibus Romanis apud Alliam fluuium,
 mœnia vr̄bis intrarent, Capitoliumque obside-
 rent, ad cuius arcem sexcenti 26 nobiles & sena-
 tores confugerant; qui mille auri pondo se ab
 obsidione redemerunt. Postea Gallos victores
 remeantes, Camillus, qui in 27 exilio erat, col-
 lecta

25. Rubiconem fluuium, inter Ariminum & Rauennam,
 qui terminus fuit Gallia Cisalpinæ. Strab. lib. 5.

26. nobiles & senatores. Ita Cuspin. Ceteri omnes: DC
 nobilissimi senatores, supra fidem aucto senatorum nu-
 mero. Nam τετρακταρι νεκρὰ τὸ ἀρχαῖον, Dio. Cass.
 54. f. 606.

27. exilio. Ardeæ exsulabat. Totam Historiam Camilli
 dilucide tradit Lilius 5. 43. seqq.

*Lotrop.
 100 dno
 fut. centuria
 2 to. 123.*

*Ext. p. 22.
 2221.*

*1000 ff.
 rancio m.*

Ext. 22. 23. 115.

Ext. 2



SEXTI RVFI.

lecta de agris multitudine, oppressit; aurum & signa, quæ Galli ceperant, reportauit. Cum Gallis multi consules, prætores ac dictatores, euentu vario conflixerunt. Marius Gallos de Italia expulit: & transcensis Alpibus, feliciter aduersus eos pugnavit. Ceterum Caius Cæsar cum decem legionibus, quæ quaterna millia militum Italorum habuerunt, per annos octo ab Alpibus ad Rhenum vsque Gallias subegit: cum barbaris vltra Rhenum positis conflixit: in Britanniam transiit; decimo anno Gallias & Britannias tributarias fecit. Sunt in Gallia cum Aquitania & Britannis, decem & octo prouinciæ: Alpes maritimæ, prouincia Narbonensis, Viennensis, ²⁸ Nouempopulana, Aquitania duæ, Lugdunenses duæ, Alpes Graiæ, Maxima Sequanorum, Germaniæ duæ, Belgicæ duæ: in Britannia, Maxima Cæsariensis, Flauia, Britannia prima, Britannia secunda.

Illyricum ab ora maritima paullatim ag- VII
gressi sumus. Læuinus consul Hadriaticum, atque Ionium mare primus ingressus, maritimas obtinuit ciuitates. Creta per Metellum, proconsulem, qui *Creticus* dictus est, prouincia facta est. *Grecis* in fidem nostram confugientibus, ad Achaiam accessimus. Athenienses, aduersus Philippum, Macedonum regem, auxilium nostrum petierunt. Libera ditæ
B sub

28. *Nouempopulana*. Ammianus l. 15. c. 28. *Novem populos*, inquit, *Ausci commendant, & Vasate*. Reliquarum etiam Galliarum prouinciæ haud meliorem interpretationem inuenies, quam Marcellinum eundem c. l. s. 27, 28.

*Pass. Iamit
Julij Cæsar
vicentia
numery
Germani
Anglia
Schottia
Gallia pan
de sy oca
au m
ubi cothia*

Fl: 1. 2.
 sub amicitiiis nostris Achaia fuit: ad extremum legatis Romanorum apud Corinthum violatis, per Lucium Mummiū proconsulem capta Corintho, *Achaia* omnis obtenta est. *Epirote*, qui aliquando cum rege Pyrrho, etiam ad Italiam transire²⁹ praesumerant, victi: atque Theffali simul cum Achiuorum & Macedonum regionibus nobis accesserunt. *Macedonia* ter rebellauit; sub Philippo, sub Perse, sub Pseudophilippo. Philippum Flamininus, Persem Paullus, Pseudophilippum Metellus oppressit: quorum triumphis Macedonia quoque populo Romano adiuncta est. Illyricos, quia Macedonibus auxilium tulerant, ex eadem occasione per Lucium Aniciū praetorem vicimus, & eos cum rege Gentio in deditiōem accepimus. Dardanos & Moesios Curio proconsul subegit; & primus Romanorum ducum ad Danubium vsque peruenit. Sub Iulio & Octauiano Caesaribus per Alpes Iulias iter factum est: *Alpinis*³⁰ omnibus victis, Noricorum prouinciā accesserunt. Batone³¹ Pannoniorum rege subactō, in ditionem nostram

Pan-

29. *praesumerant*, id est, ausi erant. Significatus hic Latino verbo, sequiore demum æuo accessit. Vid. *Vorst. ad Sulp. Sen. 1. Hist. c. 47.*

30. *Alpinis omnibus*: exceptis *Cottianis XII ciuitatibus, quae non fuerunt hostiles*, Plin. 3, 20. Vnde Nero demum, Cottio rege mortuo, Cottias Alpes prouinciam fecit. *Suet. c. 18.*

31. *Batone*, quem Augustus per Tiberium vicit. *Sueton. quoque c. 20. Pannonia* duceam appellat; at Dio Cassius, *Dalmatia*. Fuit eodem in bello Bato quidam dux Breucorum, Pannonicæ gentis; sed Bato Dalmata hunc i-

Pannonia venerunt. Amantinis inter Sauum & Drauum prostratis, regio Sauensis ac Secundorum³² Pannoniorum loca obtenta sunt. *Marcomanni* & *Quadi*, de locis Valeriæ, quæ VIII. sunt inter Danubium & Drauum, pulsi sunt: & limes inter Romanos ac barbaros ab Augusta³³ Vindelicum per Noricum, Pannonias ac Mœsias, est constitutus. Traianus *Dacos* sub rege Decibalo vicit; & Daciam trans Danubium in solo barbarico prouinciam fecit; quæ in circuitu decies centena millia passuum habuit; sed sub Gallieno Imperatore amissa est; *Eut. 221.* & per Aurelianum, translatis exinde Romanis, duæ Daciæ in regionibus Mœsiæ ac Dardaniæ factæ sunt. Habet *Illyricus* septem & decem prouincias: Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœsiam, Daciarum duas. Et in diœcesi Macedoniae sunt septem: Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ,³⁴ Præualis & Creta. In IX. ³⁵ *Thracias* Macedonici belli occasione transcursum

psum interfecerat, antequam conficeretur bellum, nec ille, sed Dalmata se Tiberio dedit, *Dio Cass. lib. 55. & 56.* & ab eodem, ut ex Ouidii 2. *Pont. Eleg. 1. & 46.* colligitur, in triumpho ductus fuit.

32. *Secundorum Pannoniorum.* Secunda Pannonia Mœsiæ proxima fuit, seu Inferior Pannonia, siue Secunda Consularis. *Ammian. l. 16. c. 18.*

33. *ab Augusta Vindelicum.* Solus Cuspinianus, quod nobis constat, expressit: *ab Augusto per Vindelicum &c.*

34. *Præualis.* In Notitia Imperii est Præuale pars Macedoniae Salutaris. *Sylb.*

35. *In Thracias.* De hoc bello Florus 3, 4. epit. Liuii 91, 97. De *Scordiscis* vide notata ad Eutrop. 4, 10, 4.

sum est. Sæuissimi omnium gentium Thraces fuerunt. In Thraciæ regionibus Scordisci habitauerunt, pariter crudeles & callidi; de quorum sæuitia multa fabulosa memorantur, quod hostiis captiuorum diis suis aliquando litauerunt, atque sanguinem humanum in ossibus capitum potare sunt soliti. Sæpe per eos Romanus est cæsus exercitus. Marcus Didius vagantes Thracas repressit; Marcus Drusus intra fines proprios continuit: Marcus Minucius in Hebri fluminis glacie vastauit. Per Appium Claudium proconsulem, hi, qui Rhodopen incolebant, victi sunt. ³⁶ Europæ maritimas vrbes antea Romana classis obtinuit. Marcus Lucullus per Thracias cum Bessis primus conflixit, ipsamque caput ³⁷ gentis Thraciam vicit. Hæmimontanos subegit: Eumolpiadem, quæ nunc ³⁸ Philippopolis dicitur; Vscudamam, quæ modo Hadrianopolis nominatur; in ditionem nostram redegit: Caly-

³⁶. *Europa*. Europa pars Thraciæ, quod noster extremo hoc IX capite docet. Vid. etiã Scaliger ad Euf. n. 2089. & 2263.

³⁷. *ipsamque caput gentis Thraciam*. Sed qualis hæc Thracia? citra dubium, pars, & vna ex sex provinciis, quæ mox a nostro recensentur; vt Bessorum patriam intelligas principem prouinciam, propter bellicosissimos incolas, exstitisse. Iornandes forsan Rufum nostrum ita sublegit: *ipsamque caput gentis Thracia vicit*, id est, Bessos vicit, qui caput & princeps populus inter Thracias gentes fuerunt. Nam eius verba ex c. 52. hæc sunt: *Lucullus primus in Thracia contra Bessos pugnans, eos, qui fortitudine famaue præibant, deuicit*. Sed hæc iudicent accuratiores.

³⁸. *Philippopolis*. Ammianus 22, 2. *Philippopolim petit, Eumolpiada veterem*. Alia eiusdem vrbis nomina

Calyben cepit. Supra Pontum positas ciuitates occupauit, Apolloniam, Callatim, Phthiopolin, Tomos, Istrum; ad Danubium vsque perueniens, Romana Scythis arma monstrauit. In ditionem Reipublicæ sex Thraciarum prouinciæ sunt acquisitæ; Thracia, Hæmimons, Mœsia inferior, Scythia, Rhodope, Europa; in qua nunc secundæ arces Romani orbis sunt constitutæ, Constantinopolis.

Nunc ^{orientales partes} Eoas partes, totumque orientem, ac X₁
 positas sub vicino sole prouincias, qui auctores sceptris tuis parauerint, explicabo; quo studium clementiæ tuæ, quod in iisdem propagandis habes, amplius excitetur. ³⁹ Asia societate Attali regis nota Romanis est; eamque Attali testamento relictam hereditario iure possidemus. Ne quid tamen populus Romanus non viribus partum haberet, armis, per nos ab ^{in gente} Antiocho, ^{Antiocho Rege} Syriarum rege maximo, est vindicata. Eadem occasione etiam Lydia, sedes antiqua regnorum; Caria, Hellespontus, ac Phrygia, in potestatem populi Romani iuncta, deditioe peruenerunt. Rhodiis, & insularum populis, primum infestissimis, post fidelissimis auxiliatoribus vsi sumus. Ita Rhodus, & insulæ primum liberæ agebant: postea in con-

B 3

fuetu-

exhibet Plinius 4, 11. qui etiam Philippopolim vocat. Ergo non a Philippo Cæsare, (quod vult Leunclavius Pand. Turc. n. 33.) sed a Macedonia rege nomen trahit. Quid Leunclavius deceperit, ostendit Scaliger *ad Euf.* n. 2263.

39. Asia, Pergamene, quæ & Lydiæ antiquæ maiorem partem & multas Ionix ac Cariæ vrbes continuit; quod ex bello Asiatico constat apud Florum 2, 20.

fuetudinem parendi, Romanis clementer prouocantibus, peruenerunt, & sub Vespasiano principi

XI. pe *Insularum* prouincia facta est. *Pamphyliam,*

Apid. Mun. Lyciam, Phrygiam, Pisidiam, Cariam, Isauriam,

Seruilius proconsul, ad bellum piratarum missus, obtinuit. *Bithyniam* defuncti regis Nico-

medis testamento sumus assequuti. *Gallo-*

graciam, id est, *Galatiam*, (sunt enim, vt & no-

men sonat, e Gallis Galatæ) quod Antiocho

contra Romanos 4^o auxilium præbuisent, inuasi-

mus. Manlius proconsul Galatas persequu-

tus est; & confugientes partim in Olympum,

partim in Magabam montem, qui nunc Modia-

cus dicitur, de arduis eos in plana detrufit;

victosque in perpetuam pacem redegit. Post-

ea Galatiam Deiotarus Tetrarches, nobis per-

mittentibus, tenuit. Ad extremum sub Octa-

uiano Cæsare Augusto Galatia in formam pro-

uinciae redacta est. Eam primus Lollius pro-

prætor administrauit. *Cappadoces* primo so-

cietatem nostram sub Ariarathe rege per lega-

tos, petiuerunt; posteaque Ariobarzanes, rex

Cappadocum, a Mithridate expulsus, Roma-

norum armis restitutus est; semperque in

auxilia nostra fuere Cappadoces, & ita maiesta-

tem coluere Romanam, vt in honorem Au-

gusti Cæsaris Mazaca, ciuitas Cappadociae

maxi-

40. *Antiocho auxilium præbuisent.* Dubium, aut poti-
us a Manlio triumpho cupido fictum. Flor. 2, 11. 2. an
Gallogræcos inter auxilia regis Antiochi cupidus tri-
umphi Manlii & isos simulauerit, dubium est. Hinc
apud Liuium 38, 45. obicitur, non ex senatus auctoritate,
non populi iussu bellum Gallogræcis illatum.

maxima, Cæsarea nuncuparetur. Postremo
 quum sub Imperatore ⁴¹ Claudio Cæsare Ar-
 chelaus rex Cappadocum Romam venisset,
 ibique diu detentus occubuisse, in prouinciæ
 speciem Cappadocia migravit. Pontus, per
 Pompeium victo Mithridate rege Pontico, for-
 mam prouinciæ accepit. Paphlagoniam Py-
 læmenes rex, amicus populo Romano, tenuit.
 Sæpe ex ea pulsus, regno a nobis est restitu-
 tus: quo mortuo prouincia Paphlagonibus
 imposita est. Ultra iuga Tauri montis, quem-
 admodum Romana perrexerit possessio, conse-
 quenti locorum magis, quam temporum ser-
 uata digestionem, monstrabitur. Antiochus, Sy-
 riæ rex potentissimus, bellum formidabile po-
 pulo Romano intulit. Trecenta millia arma-
 torum habuit: falcatis etiam curribus ac ele-
 phantis aciem instruxit; a Scipione consule,
 fratre Scipionis Africani, in Asia apud ⁴² Ma-
 gnesiam victus, pace accepta, intra Taurum,
 montem regnare permissus est. Eius filii sub
 clientela populi Romani regnum Syriæ reti-
 nuerunt: quibus ⁴³ defunctis, Syriarum pro-

B 4

uin-

41. *Claudio*. Ita omnes libri. Tiberium autem Claudi-
 um intellige, Augusti successorem; Tac. 2. Ann. 42.
 Sueton. Tib. 37. Dio Cass. l. 57. f. 704. non successorem
 Caligulæ, cognominem quidem, sed qui nomine gen-
 tili notior fuit, sicut ille prænomine Tiberii.

42. *Magnesium*. Duæ in Asia hac Magnesiæ, ad Sipy-
 lum montem, & ad Mæandrum fluuium. Heic illa,
 quæ sub Sipylo fuit, intelligenda est. Liv. 37, 37. Ap-
 pian. Syr. f. 75. Gr.

43. *quibus defunctis*. Longum temporis spatium interest
 inter Antiochi M. filios, & vltimum regem, Antio-

p. 103. v. 6.
TiberioP. 103. v. 6.
Tiberio

XII.

p. 104. v. 6.
cap. 3.

uinciis potiti sumus. *Cilices & Isauros*, qui se-
piratis & prædonibus maritimis iunxerant, Ser-
uilius proconsul, ad prædonum bellum mis-
sus, subegit, & viam per Taurum montem pri-
mus instituit; isque de Cilicibus & Isauris tri-
umphauit, atque *Isauricus* est cognominatus.

XIII. *Cyprus*, famosa diuitiis, paupertatem populi Ro-
mani, vt occuparetur, sollicitauit. Eam rex
fœderatus Ptolemæus regebat: sed tanta fuit
penuria ærarii Romani, & tam ingens fama o-
pum Cypriarum, vt lege lata per Publium Clo-
dium, tribunum plebis, Cyprus confiscari iu-
beretur. Quo accepto nuncio, rex Cyprius
venenum sumsit; quo vitam prius, quam di-
uitias, amitteret. Cato Cyprias opes Romam
nauibus aduexit: ita, vt ius eius insulæ⁴⁴ aua-
rius magis, quam iustius, finis assequuti. *Cy-
renas*⁴⁵ cum ceteris ciuitatibus *Lybiæ Pentapo-
lis*,

chi Pii filium, cognomine Asiaticum, cui, tanquam in-
digno, Syriam Pompeius ademit, & in prouinciæ for-
mam redegit.

44. *auarius*. Ammianus 14, 27. *Nec piget dicere, auide
magis hanc insulam populum R. inuasisse, quam iuste.*
Conf. Cicero pro Domo c. 8.

45. *Cyrenas, Libyam &c.* Scaliger in Euf. n. 1952. *Duo
sunt, inquit, Apiones, prior Cyrenarum, alter Libyæ rex.
Vterque populum R. testamento heredem reliquit. Re-
gem Cyrenarum ANTIQVIOREM vocat Sen. Rufus,
Et distinguatur ab eo, qui Libyæ heredem pop. R. scripsit.
Hactenus vir summus. Consentit Ammianus lib. 22. ex-
tremo: Aridam Libyam supremo Apionis regis conse-
quuti sumus arbitrio: Cyrenas cum residuis ciuitatibus
Libyæ Pentapoleos Ptolemæi liberalitate suscepimus. Ior-
nandes de Success. c. 57. planius: Libyam, id est, Pen-*

lis, Ptolemæi antiquioris liberalitate accepimus. Libyam supremi Apionis regis arbitrio sumus assequuti. *Ægyptus* omnis, sub amicis regibus fuerat: sed victa cum Antonio Cleopatra, prouinciæ formam Octauiani Cæsaris Augusti temporibus accepit: & primum apud Alexandrinos Cornelius Gallus administravit. Per confinia *Armeniarum* primum sub XIV. Lucio Lucullo Romana trans Taurum signa transmissa sunt. Phylarchi *Saracenorum*, & ⁴⁶ Osroeni superati cessere. In *Mesopotamia* ab eodem Lucullo Nisibis capta est. Postea, per Pompeium eadem loca armis obtenta sunt. *Syria, Phœnice*, bello a Tigrane, Armeniorum rege, receptæ. *Arabes & Iudei* in Palæstina, victi sunt. Ad extremum sub Traiano principe, regi ⁴⁷ maioris Armeniæ diadema sublatum est: & per Traianum *Armenia, Mesopotamia, Assyria, & Arabia*, prouinciæ factæ sunt; ac limes orientalis supra ripam fluminis Tigridis

B 5

dis

capolim totam, a primo illo Ptolemao Romanis sub libertate concessam, tamen resistentes dehinc Apionis consilium Rom. populo subdidit. Distincte de vtraque hereditate agit Eusebius in Chronico: Appianus autem & Eutropius confule.

^{46.} *Osroeni.* Lectio genuina ex Iornande restituta. Male enim editum fuerat: *phylarchi Saracenorum in Osroena.*

^{47.} *regi maioris Armenia diadema sublatum.* Inde æ tempore Mithidatici belli, Romani, qui Tigranem vicebant, Armeniis reges imposuerunt, & contra Parthos tuebantur. Singulos fere reges describunt Tacitus & Dio Cassius; ille lib. 2. Annal. c. 3. & lib. 15. incunte &c. hic lib. 40. & 45. Tandem prouinciam fecit Traianus.

dis constitutus est. Sed Hadrianus, qui successit Traiano, inuidens gloriæ Traiani, sponte sua Armeniam, Mesopotamiam, & Assyriam reddidit: ac medium inter Persas & Romanos Euphratem esse voluit. Sed postea sub Antoninis duobus, Marco & Vero, & Severo Pertinace, ceterisque Principibus Romanis, qui aduersus Parthos euentu vario dimicauerunt, quater amissa, quater recepta Mesopotamia est. Ac Diocletiani temporibus, victis ⁴⁸ prima congressione Romanis, secundo autem conflictu superato rege Narseo, vxore eius ac filiabus captis, & cum summa pudicitiae custodia reseruatis, pace facta, Mesopotamia est restituta: & supra ripam Tigridis limes est ⁴⁹ reformatus; ita vt *quinque gentium* trans Tigridem, constitutarum ditionem assequeremur: quæ conditio foederis in tempus Diui Constantini conseruata durauit.

XV. Scio nunc, inclyte Princeps, quo tua pergat intentio. Requiris profecto, quoties *Babyloniae* & Romanorum arma collata sint, & quibus ⁵⁰ viribus, sagittis pila contenderint. Breuiter euentus enumerabo bellorum. Furto hostes in paucis inuenies esse latatos; vera autem virtute semper Romanos probabis exstitisse victores. Primum a Lucio Sylla, proconsule Arfaces rex *Parthorum*, missa legatione,

⁴⁸. *Victis Romanis*, imprudentia Maximiani Caesaris, quæ infra cap. 25. describitur.

⁴⁹. *reformatus*. ita Sylb. & Cusp. nouo verbo. At *reformatus*, Belg.

⁵⁰. *Viribus*, ex Cusp. Nam Sylb. *Sicibus*.

tione, amicitiam populi Romani rogavit, ac meruit. Lucius Lucullus Mithridatem regno *Ponti* exutum, ad Armeniam persequutus est. Tigranem, *Armeniorum* regem, cum septem millibus quingentis ⁵¹ *clibanariis*, & centum viginti millibus sagittariorum, ipse cum decem & octo millibus Romanorum vicit. Tigranocerta, maximam Armeniæ civitatem, expugnauit. Madenam, optimam Armeniorum regionem, obtinuit: per Melitenam ad Mesopotamiam descendit: Nisibim cum fratre regis cepit. Tendere in Persas paratus, successorem accepit. Cn. Pompeius expertæ felicitatis, ad Mithridaticum bellum missus, Mithridatem in Armenia minore ⁵² nocte aggressus, proelio superavit: cæsis duobus & quadraginta millibus hostium, castra eius inuasit. Mithridates enim cum vxore & duobus comitibus in Bosporum fugit: ibi desperatione rerum suarum, venenum hausit: & quum parum ageret vis veneni, a milite suo, vt ferro percuteretur, impetrauit. Pompeius auxiliatorem Mithridatis Tigranem, Armeniorum regem, persequutus est: ille se ei, oblato diademate, apud Artaxata dedidit. Receptæ sunt ab eo Mesopotamia, Syriæ, & ⁵³ aliquanta pars

§1. *clibanariis*, cataphractis, qui ferreis laminis muniti fuerunt. Vide ad Eutropium notata 6, 7, 5.

§2. *noctē aggressus*. Nocturnum hoc proelium scripsere Plutarchus in Pompeio; Dio Cassius l. 36. Florus 3, 5, 23.

§3. *aliquanta*. Verbum sequioris æui, quo vsi Eutropius 4, 11, 6. Orosius 3, 12, Spartianus in Hadriano c. 7. &c. Conf. *Barth. Aduer.* l. 25. c. 13.

pars Phœnices; atque intra Armeniam maiorem regnare permissus est. Idem Pompeius Bosporanis & Colchis Aristarchum regem imposuit: cum Albanis conflixit: ⁵⁴ Orœsi Albanorum regi ter victo pacem dedit. Iberiam cum Artoce rege in deditionem accepit. Sarcenos & Arabas vicit. Iudæa capta Hierosolymanam obtinuit. Cum Persis foedus fecit. Rediens, apud Antiochiam, Daphnensem lucum, delectatus loci amœnitate & aquarum abundantia, addito nemore consecrauit.

XVII. Marcus Crassus consul aduersus Parthos ⁵⁵ rebellantes missus est. Is quum pacem, missa a Parthis legatione, rogaretur, apud ⁵⁶ Ctesiphontem responsurum se ait: apud Zeugma traiecit Euphratem; & a transfuga quodam ⁵⁷ Abgaro inductus, ad ignotam camporum solitudinem descendit. Ibi vndique circumualantibus sagittariorum agminibus cum Sillace & Surena præfectis regiis, est cinctus exercitus, & vi telorum obrutus. Ipse Crassus quum ad colloquium sollicitatus, viuis pæne

ca-

^{54.} *Orœsi.* Ita Dio Cassius etiam: alii *Oroden* vocant.

^{55.} *aduersus rebellantes.* Falsum. Nam *αὐθρόποις οὐδὲν αἰδιποῦσιν, ἀλλ' ἐναπὸνδοῖς πολεμήσαν* profectus est Crassus, *Plutarch. f. 552.* quæ verba pro more transcripsit *Appianus in it. Parth. Conf. Flor. 3. 11. 4.*

^{56.} *apud Ctesiphontem.* Plutarchus in *Crasso*, & *Florus 3, 11. Seleuciam*, aliam Parthorum regiam, habent.

^{57.} *Abgaro.* Perfidum hunc hominem etiam Dio Cassius vocat *Αὐγαργῶν*: at Plutarchus, *φύλαρχον Ἀράβων, Αελάμνην ὄνομα.*

capi potuisset, repugnantibus tribunis⁵⁸ euaserat: & dum fugam petit, occisus est. caput eius cum dextera manu resectum, ad regem perlatum est: atque ita ludibrio habitum, ut faucibus eius, aurum liquefactum infunderetur: scilicet ut, qui ardens cupiditate prædandi, pacem regi dare rogatus abnuerat, etiam mortui eius reliquias auri flamma combureret. Caius Cassius, quæstor Crassi, vir strenuus, reliquias fusi collegit exercitus. Contra Persas in Syriam irrupentes, ter cum summa admiratione conflixit, eosque trans Euphratem redactos vastauit. Parthi Labieno duce (qui **XIIX** Pompeianarum⁵⁹ partium fuerat, & victus ad Persas refugerat) in Syriam irruperunt, ac totam prouinciam occupauerunt. Sed Publius Ventidius Bassus Parthos, qui ducente Labieno Syriam inuaserant, occurrens in Tauro monte, cum paucis fugauit, Labienum occidit, persequu-

58. euaserat. Aliter Plutarchus in vita Crassi: iterum aliter Dio Cassius lib. 40. f. 149. Incerta enim omnia, quæ de Crassi interitu produntur. τῶν γὰρ παρόντων οὐ μὲν ἐκεί μαχόμενοι περὶ τὸν Κορίαντον ἀνηρέθην, οἱ δ' οὐδὲν ἀνεπήδησαν ἐπὶ τὸν λόφον. qui enim presentes erant, aut interfecti sunt, aut in collem (in quo Rom. exercitus erat) refugerunt, ut respicere non potuerint, quid de Crasso, ad colloquium profecto, fieret. Plutarch. f. 563.

59. Pompeianarum partium. Missus fuerat Titus Labienus a Bruto & Cassio ad Parthos, ante prælium Philippense, auxilii contra Illuiros petendi causa. Sed vanis responsionibus diu detentus, quum suos victos inaudisset, veniam a victoribus desperans, apud Parthos mansit, iisque se ducem contra Romanos præbuit. Dio Cass. lib. 48. f. 424.

sequutus est Parthos, & ad internecionem stravit: qua congressione Parthorum regis ⁶⁰ filium eadem die, qua Crassus victus fuerat, occidit: ne aliquando Romani ducis mors inulta relinqueretur. Ventidius de Parthis primus ⁶¹ triumphavit. Marcus Antonius *Mediam* ingressus, quæ nunc Medena appellatur, bellum Parthis intulit, & primis eos præliis vicit. verum post duabus legionibus amissis, cum fame, pestilentia, tempestatibusque premeretur; vix per Armeniam Parthis insequentibus reuocavit exercitum; tanto per momenta temporum terrore perculsus, ut a ⁶² gladiatore suo percuti postularet, ne viuis veniret in hostium potestatem.

XIX. Sub OCTAVIANO CÆSARE AVGVSTO Armenia cum Parthis conspiravit. Caius ⁶³ Cæsar, nepos Augusti, cum exercitu missus ad Orientem, quum pro maiestate Romani nominis

^{60.} *regis filium*, Pacorum filium regis Orodis, quem Tacitus Hist. 5, 9. *regem* vocat, quod forsan, patre senectute confecto, rem publ. administravit. Non autem eodem, quo Labienus victus, prælio occubuit. *Dio*.

^{61.} *primus triumphavit*. Hunc Ventidium impuberem in triumpho Asculano Pompeius Strabo duxerat. Unde inter miranda fortunæ exempla scribitur a Val. Max. 6, 9, 9. & Plin. 7. 43.

^{62.} *a gladiatore suo*. Plutarchus in Antonio, ἐνα τῶν δορυφοροῦντων αὐτὸν ἀπιδόδεων, *satellitem libertum* vocat.

^{63.} *C. Cæsar*. Rufum nostrum circa hanc historiam in primis laudat Scaliger ad Euf. n. 2016. Eandem scripserunt Velleius. 2. c. 101 & 102. Florus 4. 12. 42. Zonaras Tom. 2. f. 167. *Caium* vero hunc nepotem vocat etiam codex Cuspiniani: ceteri perperam *Claudium*, repugnantibus Suetonio, Velleio, Floro, Zonara.

minis facile cuncta sedasset, atque ei se Armenii, qui tunc temporis validiores erant Parthis, deditissent, iudicesque ex instituto Pompeii dictis gentibus Caius Cæsar præficeret; ⁶⁴ Dones quidam, quem ⁶⁵ Artageris præposuerat, prodicione simulata, libellum, in quo scripti thesauri, continerentur, obtulit. quem cum Romanus imperator legeret intentius, cultro Dones aggressus Caium vulneravit. Percussor quidem a militibus confossus est; Caius vulneratus, regressus in ⁶⁶ Syriam, obiit. Parthi ad
satis-

64. *Dones.* Straboni lib. II. Ἀδῶς: Zonaræ Ἀδδῶν: Velleio corrupte *Addus*. Vtrumque, nostri *Dones*, & Zonaræ *Addon*, Vossius ad *Velleium*, elicit ex םןןןן siquidem Pœnos etiam *Doni* pro םןןןן dixisse, ex Plauti Pœnulo notum est.

65. *Artageris.* Audax factum: quod editiones omnes transigo. Plurimæ referunt: quem Parthis *Arsaces* præposuerat, quod non vno nomine falsum est. Nam *Dones* ille non Parthis, sed *Artageris*, Armeniæ viri, erat præpositus; nec illo tempore *Arsaces*, sed *Phraates* obtinuit Parthorum imperium. Non dubium est, quin noster sua ex Floro, quod verborum series ostendit, vt multa alia, hauserit. In optimis Flori codicibus est *Artaxatis*: sed ita Florum scripsisse, oblitum veri nominis, a Velleio & Strabone traditi; nemo mihi facile persuaserit, quum aliquot post sæculis idem non fugerit Zonaram. Quin potius describentium errori (quod *Artageræ* obscuriores; *Artaxata* notissima sunt) hanc deprauationem tribuo. Vide sis *Velleium* 2, 102, cum Vossii *Notis*: Strabonem lib. II. prope fin. Ἀρταγῆρας, inquentem, ἀπίστων ἄνδρῶν Ἀδῶς ἢ Φρονέου &c: & Zonaram f. 167. Ἀρταγῆρας oppidum vocantem, cui Ἀδδῶν, C. Cæsaris percussor, præfectus fuerat.

66. *in Syriam.* Florum noster pro more sequutus. At

satisfactionem tam audacis admissi, obsides tunc⁶⁷ primum Octauiano Cæsari dederunt, & erepta sub Crasso signa retulerunt. Pacatis gentibus Orientis, Augustus Cæsar etiam Indorum legationem primus accepit. NERO, quem turpissimum Imperatorem Romana est passa Respublica, amisit⁶⁸ Armenias duas: tum Romanæ legiones duæ⁶⁹ sub iugum a Parthis missæ, extremo dedecore Romani exercitus

Suetonius Aug. 65. & Velleius c. 1. *Lyciam* ita nominant, ut hic etiam oppidum, in quo obierat Caius, expresserit. Confirmat Zonaras: ὁ Γαίου ἐνόσησεν ἐν τῷ τραϊμαλίῳ, - - - ἐς Λυκίαν ἐν ὀλίγῳ παρετάχθη, ἔνθα δὴ καὶ μετήλαξε. Lipsius in Not. ad Vellei. mauult *Syriam*, propter nescio quod sepulcrum, aliquando apud Emisam repertum; cui Vossius ita respondet: *Quid si illud fuerit νενοτάφιον? Sane Dio clare scribit, corpus eius a tribunis militum Romam delatum. Et nihil verius.*

67. *obsides tunc primum &c.* Dione teste, diu ante Caii obitum obsides dati, & signa restituta. Nunc vero Armenia cesserunt: forsan etiam novos addiderunt obsides. Suetonius Aug. c. 21. æque ac noster, res distinctas confundit, in cuius verbis *Homericam figuram* inesse Casaubonus scribit, quum *signa restituta fuerint Augusto ad statum Orientis componendum in Asiam & Syriam profecto, A. V. DCCXXXIV. Armenia autem cesserit Phraates, quo tempore C. Cæsar, Augusti nepos, ad bellum Armeniacum missus est, A. V. DCCXLVIII.*

68. *amisit Armenias.* Orosius 7, 7. *magnis Armeniae prouinciis amissis.* Sed minus, quam pro fama, periculum fuisse, ex Taciti libro XV ineunte constat, qui diligentius hoc bellum descripsit.

69. *legiones sub iugum missæ.* Hoc pariter Sueton. c. 39. & Oros. c. 1. referunt. Tacitus autem l. 15, c. 15. scribit, id *rumorem addidisse.* Vnde Casaubonus ad Sueton. notauit, *falsum esse.*

tus sacramenta fœdarunt. TRAIANVS, qui post Augustum Romanæ Reipublicæ mouit lacertos, Armeniam recepit a Parthis: sublato diademate, regi Armeniæ maioris regnum ademit. Albanis regem dedit: Iberos, Bosphoranos, Colchos, in fidem Romanæ ditionis accepit: 7^o Osroenorum loca & Arabum occupauit. Corduenos & Marcomedos obtinuit. Antemusium, optimam Persidis regionem, Seleuciamque & Ctesiphontem ac Babyloniam accepit & tenuit; vsque ad Indiæ fines post Alexandrum accessit. In mari rubro classem instituit. Prouincias fecit Armeniam, Mesopotamiam & Assyriam, quæ inter Tigridem, atque Euphratem sita, irriguis amnibus instar Ægypti fœcundatur. HADRIANVM gloriæ Traiani certum est inuidisse, qui ei successit in imperio. Hic sponte 7ⁱ propria deductis exercitibus, Armeniam, Mesopotamiam, & Assyriam concessit, & inter Romanos & Parthos medium Euphratem esse voluit. AN-XXI. TONINI duo, Marcus & Verus, ille focer, hic gener, pariter Augusti, Imperium orbis, a qua-
 ta prius potestate, tenuerunt. Sed ex his An-
 C toninus

70. *Osroenorum* Cusp. *Saracenorum* Sylb. Sed Eutropius quoque Osroënos habet, a quo noster hæc omnia, saltem vterque ex communi historico, transcripsit. Reliqua locorum nomina, quæ sequuntur, expoluimus ad Eutropium.

71. *sponte propria*. Cusp. *forte si propria*. Inepte. Nam Iornandes c. 74. qui nostrum relegerat, expressit: *nubila faciente necessitate*. Dubium ergo non est, nostrum pro sæculi sui conditione, *sponte propria* scripsisse, pro quo antiquiores dixerint, *sponte sua*.

*alias in Pan-
 dectis hinc vocat
 n solent
 Dicitur fratres
 incedunt in
 sec: 2^{da}.*

toninus iunior ad expeditionem Parthicam profectus est: multaque & ingentia aduersus Persas ⁷² feliciter gessit. Seleuciam Assyriae urbem cum quadringentis millibus hostium cepit, ingenti gloria de Parthis cum socero triumphauit. SEPTIMIUS SEVERVS, natione Afer, acerrimus Imperator, Parthos strenuissime vicit; ⁷³ Adiabenos deleuit, Arabas interiores obtinuit, & Arabiam prouinciam fecit. Huic cognomina ex victoriis quaesita sunt. nam Parthicus, Adiabenicus & Arabicus est cognominatus. ANTONINVS Bassianus, cognomento *Caracalla*, filius Seueri Imperatoris, expeditionem in Parthos parans, in Osroëna apud Edessam propria ⁷⁴ morte obiit, & ibidem

^{72.} feliciter gessit, non ductu suo, sed solis auspiciis. Ipse enim Verus, posteaquam in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiam & Daphnen vixit, armisque se gladiatoris & venationibus exercuit, quum per legatos bellum Parthicum gerens imperator appellatus esset. Capitolin. in M. Philosopho c. 8.

^{73.} Adiabenos. Ammianus l. 23. c. 20. Adiabene, Assyriae priscis temporibus vocitata: quamuis antea c. 4. ab Assyria distinxerat. Xiphilinus in Traiano: ἐστὶ τῆς Ἀσσυρίας τῆς μετὰ Νύρον μέγῃ ἢ Ἀδιὰβηνῆ. Plinius 6. 9. Adiabenen Tigris & montium sinus cingunt. Ab laeua enim regio Medorum est, & prospectus Caspii maris.

^{74.} propria morte. Ita libri omnes. Si αὐτοφονίας interpretaris, pro stilo illius saeculi, quo supra c. 4. propria manu dixit; reclamabunt Herodianus, Xiphilinus, Spartianus, Zonaras, qui a satellitum praefecto, Martiale, occisum esse scribunt: etiam Zosimus, qui παύσατο, percussoris quidem, sed ἀγνοῦν δέσῃ, nunquam cogniti mentionem facit. Quod si genuina haec lectio, falsus

bidem⁷⁵ sepultus est. AVRELIVS ALEXAN. XXII *Eutr.*
 DER, quasi fato quodam in⁷⁶ exitium Persi- *p 213.*
 cæ gentis natus, iuuenis admodum Romani
 gubernacula suscepit imperii. Ipse Persarum
 regem nobilissimum⁷⁷ Xerxem gloriose vicit.
 Hic Alexander scriniorum⁷⁸ magistrum ha-
 buit Vlpianum iurisconsultum. De Parthis
 pompa spectabili triumphavit. Sub GOR- *134 Hist. m.*
 DIANO Augusto, ex⁷⁹ iuventutis fiducia re- *Med. æv. 23.*
 bellantes Parthi, ingentibus præliis contusi *+ in Eutr. 216.*
 sunt.

C 2

sunt.

fuit Rufus noster: a cuius errore prope abfuisse viden-
 tur Eutropius & Iornandes, qui simpliciter, *defunctus*
est, scribunt, subticentes, quo modo.

75. *ibidem sepultus est.* Cremato ibi corpore, Macrinus
 successor reliquias *ἐπέμψε τῇ μητρὶ αὐτοῦ καταδάψαι, ἐν*
Ἀντιοχείᾳ διατελευτόσῃ. Herodian. 4, 13.

76. *in exitium Persica gentis natus.* At victus potius,
 quam victor, discessit Romanus exercitus. Nam *μετὰ*
τὴν συμφορὰν καὶ οὐ παύσας μνημονοῦντες, Ρωμαίους ἐπέ-
χει. Herodian. 6. s. extr.

77. *Xerxem.* Herodiano, *Artaxerxes; Agathæ Artaxa-*
res &c. Rectius *آرتاشیر Ardschir.* Vid. Tarich Schi- *Eutr. 213.*
 ckardi.

78. *scriniorum magistrum.* Quatuor fuere scrinia: *epi-*
stolarum, memoria, libellorum, & dispositionum. Primi
 quique & principes in singulis scriniis, dicebantur *pro-*
ximi. proximus scrinii est primus in scrinio, quem nemo
 præcedit; hic & comes erat, ideoque *magister.* Præter
 hos autem proximos, & magistros singulorum, omnia
 simul scrinia magistrum habebant, qui dicebatur *ma-*
gister omnium scriniorum, & magister scriniorum sim-
pliciter. *Salmas. ad Lamprid. Alex. c. 31.*

79. *ex iuventutis fiducia.* Vulgo, *acri ex iuventutis*
fiducia. Belg. *acri ex iuventutis fiducia principe.* Sed
 causa rebellionis Parthorum afferenda: propterea o-
 mnis *acri,* cum Romana editione.

BREVIARIUM

id est in 28 i. q.
129. e. sunt.
Philippi, qui praefectus praetorio eius erat, oc-
is cenofavicus est.
 Tunt, isque de Perside rediens victor, fraude
 Philippi, qui praefectus praetorio eius erat, oc-
 cificus est. Milites ei tumulum in vicesimo
 milliario a ^{8o} Circesso castro, quod & nunc ex-
 stat, aedificauerunt; atque exsequias eius Ro-
 mam cum maxima venerationis reuerentia de-
 XXIII duxerunt. VALERIANI, infausti principis,
 fortunam tædet referre. Is cum GALLIENO
 suscepit imperium: sed hunc exercitus, Gal-
 lienum Senatus Imperatorem fecit. E quibus
 in Mesopotamia aduersus Persas Valerianus
 congressus, a Sapore, Persarum Rege, supera-
 tus est; & captus, in dedecore seruitutis con-
 senuit. Sub Gallieno Mesopotamia inuasa,
 etiam Syriam sibi Persæ cœperant vindicare;
 nisi quod turpe dictu est, ODENATVS, decurio
 Palmyrenus, collecta Syrorum agrestium ma-
 nu, acriter restitisset; & fuis aliquoties Persis,
 non modo nostrum limitem defendisset, sed
 etiam ad Ctesiphontem Romani vltor impe-
 XXIV rii, quod mirum est dictu, penetrasset. AV-
 RELIANI Imperatoris gloriae Zenobia, Ode-
 nati vxor, accessit. Ea enim post mortem ma-
 riti feminea ditione Orientis tenebat imperi-
 um; quam Aurelianus multis clibanariorum,
 & sagittariorum millibus fretam, apud ⁸¹ Im-
 mas haud procul ab Antiochia vicit; & captam
 Romæ

p Geog: 184

80. Circesso. Sic Eutropius 9, 2, 6. Sylburgius *Cercusio*,
 Ammianum 23. 11. sine dubio exprimens. Procopius
 2. Pers. 5. Κερνήσιον vocat.
 81. Immas. Cuspinianus mauult *Emesam*, forsân quod
 Zosimus lib. 1. c. 52. n. 8. secundum cum Zenobia præ-
 lium commissum scribit ἐν τῷ πρὸς τῆς Ἐμίονος πεδίου: &

Romæ triumphans ante currum duxit. CARI
Imperatoris victoria de Persis nimium potens
superno numini visa est. Nam ad inuidiam
82 cœlestis indignationis pertinuisse credenda
est. Is enim ingressus Persidem, quasi nullo
obistente, vastavit: 83 Cochen & Ctesiphon-
tem, vrbes Persarum nobilissimas, cepit. Quum
victor totius gentis castra super Tigridem ha-
beret, fulminis ictu interiit. Sub DIOCLE-XXV.
14 TIANO principe, pompa victoriæ de Persis

C 3.

nota

Vopiscus in Aurel c. 25. apud Emessam. Sed plures li-
bri habent *Himmas*, *Imas* &c: etiam, qui nostrum pas-
sim exscripsit, Iornandes c. 84. apud *Hymmas*, *vicini*
Antiochia. Chronicon Eusebii, ab Hieronymo ver-
sum, corrupte, apud *Timas*. Ptolemæo sunt *Ιμμαί*.
Georgius Syncellus fol. 385. *Ἀρηλιανὸς πηλοσίον Ἀν-*
τιοχείας τῆς κατὰ Συρίαν ἐν Ἰμμαῖς καλουμένης χωρίῳ τοῦ
Παλμυρηνοῦ διαφθείρεται. Salmasio in Vopisc. f. 368. Ru-
fus confudisse in vnum videtur res diuersas, breue apud
Daphnen, & *magnum apud Emessam certamen*, vt Vo-
piscus quoque distinxit c. 1.

82. His se prodit auctor, gentilem, non Christianum fu-
isse.

83. *Cochen*, antiquum Seleuciae ad Tigrim, nomen, teste
Ammiano Marcellino lib. 24. c. 18. quod retinent Ior-
nandes c. 86. & Eutropii codices meliores, Fuldensis
in primis. Vt mirum sit, Cuspinianum obtrudere *Soe-*
nem pro *Coche*, non tantum in Rufo, sed etiam in iam
citatis scriptoribus. At Valesius ad Ammian. p. 289.
dubitatur, sitne *Coche* eadem, quæ *Seleucia*, atque suspen-
ditam reddit lectionem Ammiani 24, 18. quod ipse
post aliquot itinera scribat c. 21, *exercitum Cochen versus*.
promouisse iter: & Arrianus 10. Parthic. (citante Steph.
Byz. in *χωχῆ*) distinguat his verbis: *καὶ βασιλεὺς ἐξελ-*
λαύνει ἐν Σελδουκείας οὐ πρόσω τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιγριδὸς εἰς
κώμην, ἣντι χωχῆ ὄνομα.

BREVIARIUM

Galery.

30

nota est. Maximianus caesar, prima ⁸⁴ con-
 gressione, quum contra innumeram multitudi-
 nem cum paucis acriter dimicasset, pulsus re-
 cessit: ac tanta indignatione a Diocletiano
 susceptus est, vt ante carpentum eius per ali-
 quot millia passuum cucurrerit purpuratus: &
 quum vix impetrasset, vt reparato de limitaneis
 Daciae exercitu, euentum Martis repeteret, in
 Armenia maiore ipse imperator, cum duobus
 equitibus explorauit hostes: & cum viginti
 quinque millibus militum superueniens castris
 hostilibus, subito innumera Persarum agmina
 aggressus, ad internecionem cecidit. Rex Per-
 sarum Narseus effugit; vxor eius & filiae ca-
 ptæ sunt, & cum maxima pudicitiae custodia
 reseruatae. Pro qua admiratione Persæ non
 modo armis, sed etiam moribus superiores esse
 Romanos confessi sunt: ac Mesopotamiam
 cum Transigritanis quinque regionibus reddi-
 derunt. Pax facta, vsque ad nostram memo-
 riam Reipublicæ utilis perdurauit. CON-
 STANTINVS rerum dominus, extremo vitæ ^{40 30}
 suæ tempore, expeditionem parauit in Persas:
 toto enim orbe pacatis gentibus, & recenti de
 Gothis gloriosior victoria, cunctis in Persas
 descendebat agminibus. Sub cuius aduentum
 Babyloniae in tantum regna trepidarunt, vt
 supplex ⁸⁵ eorum legatio occurreret, Persasque
 factu-

*Caes. m. pur-
 pura ut ablatum
 sine autem*

*nl. respicit
 Persarum in
 vigenis*

*Da signum
 in*

*inter
 Euphrate
 Tigris*

84. prima congressione dimicasset, inter Callinicum Cara-
 rasque, Mesopotomiae oppida. Eutrop. 9, 15, 6.

85. supplex legatio. At Rex Persarum Constantino (Euse-
 bio teste 4. de Vita c. 8.) διὰ πρεσβείας δῶρα καὶ ἀπονδῶν
 φιλικῶν διεπέμπετο σύμβολα, per legatos dona, tanquam

facturos imperata promitteret. Nec tamen pro
 assiduis eruptionibus, quas sub Constantino
 Cesare per Orientem tentauerant, veniam me-
 ruerunt. CONSTANTIVS in Persas vario ac XXVII
 magis difficili pugnauit euentu. Præter enim
 leues excubantium in limite congressiones, a
 criori Marte⁸⁶ nouies decertatum est; per du-
 ces suos, septies; ipse præsens bis affuit veris
 & grauibus pugnis. * [Singarena⁸⁷ præsentē

ie limita
 ni p 30.
 Gammigol

C 4

Con.

fæderis & amicitia signa, misit: etiam Constantinus
 Saporem ἀδελφὸν fratrem suum appellauit in literis,
 quas per eisdem legatos misit. Ergo ad illud vsque
 tempus nullum bellum contra Persas parauerat. De
 extrema autem Constantini vita testantur Eutropius,
 Zonaras, Hieronymus in additis ad Eusebium, & Oro-
 sius, quum bellum pararet in Persas, apud Nicomedi-
 am extinctum esse. Dum vero pater Nicomediæ hæ-
 ret morbo diuturniore detentus; filius Constantinus
 copias omnes Antiochia cogebat contra Parthos. Pom-
 pon. Lat. in Constantino.

86. nouies. Etiam Hieronymus in additam. Eusebianis,
 Constantio nouem grauissima contra Persas prælia
 tribuit.

87. Inclusa quæ sunt; insanabilis locus videntur Cuspi-
 niano & Sylburgio: monstrosè enim heic libri variant.
 Nos e multis retinuimus, quod minus videbatur φορσι-
 κόν. Singarena a Singara Mesopotamiæ, nomen ha-
 bet, quæ vrbs Scaligero est vetus. שַׁנְעָרָה, ὕ pro more
 in G, id est, Ἐ in Ἐ mutato. Constantienses fortasse
 duces Constantii sunt, qui male rem gesserunt eodem
 loco. Amida, hodie ܐܡܝܕܐ Medda, metropolis Meso-
 potamiæ, Turcis ܐܡܝܕܐ nigra Medda dicta, quod
 mœnia habet nigro lapide constructa. Quibus copia
 est MS. codicum, meliora afferant.

Constantio; & iterum Singarena Constantien-
 fium, cum Amida capta est.] Graue sub eo
 principe Respublica vulnus accepit. Ter au-
 tem est a Persis obfessa Nisibis: sed maiore sui
 detrimento, dum obsideret, hostis affectus est.
 [Narsensi autem⁸⁸ bello, vbi Narseus occidi-
 tur, superiores discessimus.] Nocturna vero
 in agro⁸⁹ Eleiensi prope Singaram pugna; vbi
 praesens Constantius affuit; omnium expedi-
 tionum compensatus fuisset euentus, si locis ac
 nocte aduersantibus, percitos ferocia milites, ab
 intempestiuo pugnandi tempore, Imperator
 ipse ad alloquendum reuocare potuisset; qui
 tamen inuicti viribus, improuisi aduersus sitim
 aquarum subsidiis incumbente iam vespere
 castra Persarum aggressi, ruptis munitionibus
 occuparunt, fugatoque rege, quum a praelio
 respirantes, praetentis luminibus repertae inhia-
 rent aquae, nimbo sagittarum obruti sunt, quum

88. Nisi affuta haec sunt, & ex cap. 25. repetita; Narseus
 hic ducum aliquis fuit Parthorum: & *bellum* pro
praelio capiendum. Nam, inquit Casaub. ad Capitol.
 Maximin. c. 13. hoc tempore *peffimo Latinitatis exem-
 plo* bella dixere pro praelia. Vid. Epitome Victoris
 c. 71. Iornandes de Successione c. 92. Sic Hierony-
 mus in Chron. Euseb. de Xerxe: *bellum, quod in Ther-
 mopylis gestum est.* Item: *bellum in Platais & in My-
 cale.*

89. *Nocturna in agro Eleiensi.* alii *Eliensi*, vel *Ellienti*.
 De hoc praelio Ammianus 18, 10. *Post bellorum assi-
 duos casus, & maxime apud Hileiam & Singaram, vbi
 acerrima illa nocturna concertatione pugnatum est &c.*
 Attigit etiam Eutropius, & ex illo Hieronymus ad Eu-
 seabium. sed, Scaligero iudice, *nemo melius Sex. Rufe-
 tam pugnam descripsit.*

quum stolide ad dirigendos certius in se ictus,
lumina ipsi per noctem accensa præberent.

IVLIANO in externos ⁹⁰ hostes expertæ fe-XXIIX

licitatis principi, aduersus Persas modus de-
fuit. Is enim ingenti apparatu, vtpote totius
orbis regnator, infesta in Persas signa com-
mouit; instructam commeatibus classem per
Euphratem inuexit. Strenuus in ingressu,
multa Persarum oppida ac castella, aut susce-
pit dedita, aut manu cepit. Cum contra

Ctesiphontem, in Tigridis & Euphratis ripa-
iam ⁹¹ mixti castra haberet, ludosque campe-
stres, vt hostis sollicitudinem demeret, per
diem agitasset, noctis medio impositos nau-
ibus milites, in vltiorem ripam repente

transuexit, qui per ardua nitentes, qua diffi-
cilis etiam per diem, & nullo prohibente,
fuisset adscensus, Persas terrore subito miscue-
runt: versisque agminibus totius gentis, a-
pertas ⁹² Ctesiphontis portas victor miles in-
trasset, ni maior prædarum occasio fuisset,
quam cura victoriæ. Tantam adeptus glo-

riam, quum de reditu a comitibus admone-
retur, intentioni suæ magis credidit: & exustis
nauibus, quum a transfuga, qui se ad fallen-

C 5 dum

⁹⁰ *externos hostes*, Germanos potissimum. Vid. Eutrop.
10. 7.

⁹¹ *mixti*, vt Tigridis & Euphratis confluentes intelligas:
quam lectionem Sylb. defendit contra aliorum *mixtim*,
vel *mixta*.

⁹² *apertas Ctesiphontis portas*. Vid. Ammianus lib. 24.
c. 23.

19 huius
5. p.
xvi.

Richardus

in grassa
Vet: amici.

Enig natus
vidit. H. m.
22'
 dum obiecerat, inductus in ⁹³ Madenam, ~~vix~~
 compendia sectaretur, dextrum aduersa Ti-
 gridis ripa nudato militum latere, iter rele-
 gens, dum incautius per agmen errat, exci-
 to puluere, ereptus e suorum conspectu, ab
 hostium obuio equite, conto ⁹⁴ per ilia ictus,
 inguinum tenus vulneratus est. Inter effu-
 sionem nimii sanguinis, quum suorum ordines,
 licet faucius, instaurasset, cunctantem animam,

non. J. J. J.
1. h. m. J. J. J.
vidit. H. m.
22'
 XXIX multis suos ⁹⁵ alloquutus, efflauit. IOVIA-
 NVS praeliis superiorem, sed confusum subita
 morte amissi Imperatoris, suscepit exercitum.
 Quum commeatus ⁹⁶ deficerent, & via in-
 reditu prolixior immineret, & Persæ crebris
 excursibus nunc a fronte, nunc a tergo, me-
 diorum quoque latera incurfantes, iter agmi-
 nis

^{93.} *Madenam.* Supra c. 15. Madenam noster *Armenio-*
rum regionem dixit: heic vero trans Tigrim in Perside
 exercitus Romanus hærebat. An fortasse legendum
Medena, quæ *Mediæ* nomen est cap. 18? aut potius *Cord-*
duena, quia Ammianus lib. 24. extr. scripsit: *Sedit*
tamen sententia, Et, omni spe meliorum succisa, Cordue-
niam arriperemus.

^{94.} *conto per ilia.* Scaliger ad Euf. n. 2378. *Super discre-*
pantia auctorum de morte Iuliani, si Vellena omnium
sententias huc conferre, nulla finis futura esset. Adde,
 si vis, notata ad Eutropium.

^{95.} *alloquutus.* Ultima verba Iuliani recenset Ammianus.
 lib. 25, cap. 10.

^{96.} *commeatus deficerent.* Ammian, l. 25. cap. 23. de tem-
 pore, quo pacis condiciones a Persis & Romanis
 examinatae sunt, *dies quatuor, inquit, sunt evoluti*
inedia cruciabiles, & omni supplicio tristiores.

nis morarentur, consumtis aliquot diebus, tanta reuerentia Romani nominis fuit, vt a Persis primus ⁹⁷ de pace sermo haberetur, ac reduci confectus inedia exercitus sineretur; conditionibus (quod nunquam antea accidit) dispendiosis Romanæ Reipublicæ impositis, vt ⁹⁸ Nisibis & pars ⁹⁹ Mesopotamiæ tradere- tur: quibus, cupidior regni, quam gloriæ, Iouianus imperio rudis acquieuit. Quam magno deinceps ore tua, o Princeps inuicte, facta inclyta sunt personanda? Quibus me licet imparem dicendi nisu, & æuo grauior præ-

10 271 Eubry.

^{97.} a Persis primus de pace sermo &c. Ammianus lib. 25. c. 23. Persa præter sperata priores super fundanda pace oratores Surenam & optimatem alium mittunt.

^{98.} Nisibis. Ammianus 25, 31. de Nisibi: qua iam inde a Mitridatici regni temporibus, ne Oriens a Persis occuparetur, viribus restitit maximis. Est enim נִיִּבְיָא עִיר vrbis magna & potens, R. Beniam. Tudelenf. p. 61. נִיִּבְיָא Arabice. Hieronymus de Loc. Ebr. Gen. X. Akad. נִיִּבְיָא, (Gen. X, 10.) Ebrai esse dicunt Mesopotamia civitatem, qua hodie vocatur Nisibis, a Lucullo quondam Rom. consule obsessam captamque, & ante paucos annos a Iouiano Imperatore Persis traditam. Vnde Targum Hierosol. Gen. X. נִיִּבְיָא per נִיִּבְיָא expressit. Stephanus Byzantinus nomen vrbis interpretatur νῆς σῦλας, vel λίθους σὺςκαρπῶν. Vtrumque Ebræo נִיִּבְיָא respondet, quod columnam & lapidum aceruum, (vt statuam salis, Gen. XIX. 26.) significat.

^{99.} pars Mesopotamiæ. In Mesopotamia præter Nisibin, Singara & Castra Maurorum; trans Tigridem quinque regiones, cum castellis quindecim, Persis hoc fœdere sunt concessæ. Vid. Ammian. lib. 25, cap. 23.

Index Rerum & Verborum.

* Numerus simplex paginas: cum syllaba not. Notae numeratas signat.

A Diabeni	26. not. 73.	Artaxata Vrbs	19.
Adiabenicus	ibid.	Assyria Interamnia	25.
admissum audax	24.	Augusta Vindelicum	11.
Aegyptus provincia	17.	in auxilia esse	14.
æra, æra	1. not. 3.		
ære breviori	1.	B.	
æuo grauior	31.		
Africæ sex prouinciæ	7.	Babylonia, Persia	18.
Akad Nisibis	not. 98.	barbaricum solum	11.
aliquantus	19. not. 53.	Bato rex Pannoniæ	10. not. 31.
Alpes Cottiarum	5.	bellum h. e. prælium	32. not. 88.
Iuliarum	10.	Bosporani pop.	20. & 25.
maritimarum	9.	Bosporus regio	19.
Alpini	10.	breuis substantiuo	1. not.
Amantini pop.	11.	Britanniæ	9.
Amida, Medda, not. 87. & p.	32.	Byzantium	not. 22.
Antemusium	25.	C.	
Antiochus M.	13.	C. Cæsar, Augusti nepos.	22.
Antonini Marcus & Verus	18.	vulneratur	23.
	25.	Cæsarea Cappadoc.	15.
Antonius à Parthis premitur	22.	Cæsariensis Mauritania	7.
		calculator 1. (calculo quidam libri)	
Apiones duo	not. 45.	Carus fulmine deletur	29.
Apion supremus	17.	Circessium castrum	28.
Apollonia Thrac.	13.	Claudii Cæsares	15. not. 41.
Archelaus Cappadox	15.	clibanarii	19. & 28. & not. 51.
Ariobarzanes	14.	Coche Vrbs	29. add. not.
Armenia minor	5. not. 15.	compellatio principum	4. not.
maior fit prouincia	17.	confiscari	16.
rebellis	22.	congressio, conflictus	30. 31.
Armeniæ reges	not. 47.	Constantius nouies cum Per-	
Armeniæ amittuntur	24.	sis decertat	31.
Arsaces rex	18.	con-	
Artageræ Vrbs	23. not. 61.		

I N D E X

contorto ictus	34.		
contundi proeliis	27.		
Cordueni	4. not. 12. & p. 25.	Gallogræcia	14.
Cottianæ ciuitates	not. 30.	fit prouincia	14.
Crassus a Parthis cæsus	20.	gladiator, <i>satelles</i>	22.
creditus numini	36.	Gothi victi	30. & 36.
Creticus <i>Metellus</i>	9.		
Ctesiphon <i>Urbs</i>	20. 25. 29. & 33.	gubernacula imperii	27.
Cypriæ opes	16.		
Cyrenæ	16.		
		H.	
D.		Hadrianus invidet Traiano	18.
Dacia Cisdanubiana	11.		
Danubius	10. 11.	Hadrianopolis	12.
Daphnensis lucus	20.	Hæmimons	13.
Deiotarus	14.	Hæmimontani	12.
decurio, <i>πρωτοπολίτης</i>	28.	Hellespontus <i>regio</i>	13.
diadema sublatum	17.	Hierosolyma capta	20.
Diocletianus victus	18.	Hispaniæ	7. & 8.
victor,	ibid.		
dispendiosus	35.	I.	
ditio feminea	28.	Illyrici prouinciæ	11.
Dones, <i>C. Casaris percussor</i>		Immæ <i>locus</i> , 28. add. not.	
	23.	incursare	34.
E.		Indi legatos ad Augustum mit-	
Eleiensis	32.	tunt	24.
Eoæ partes	13.	indulta a Deo felicitas	36.
Epirotæ	10.	Insularum populi	13.
Eumolpias <i>Urbs</i>	12.	prouincia	14.
Europa pars <i>Thracia</i>	12. 13. not.	intimare	3.
	36.	inuasus	28.
excursus <i>militares</i>	34.	Iouianus	34.
exsequiæ, <i>cineres, reliquia</i>	28.	eius pax dispendiosa	35.
		Isauricus <i>Seruilus</i>	16.
F.		Istrii <i>pop.</i>	4.
falcati currus	15.	Istrus <i>oppid.</i>	13.
felicitatis expertæ princeps	19.	Iudæi victi	17.
	& 33.	sub iugum missi Romani	24.
fœcundare	25.	iuuentutis fiducia	27.
		Labi	

INDEX.

L.	P.
Labienuſ dux 21. not. 59.	Pacorus caſus 22. not. 60.
lacerti reipublicæ 25. ex Flo- ro I, I, 8. 1, I.	palma pacis, <i>Victoria</i> 36.
latius eloqui 1.	Pannonia Secunda II. not. 32.
Liburni pop. 4.	Parthici ad Syllam legati 18. <i>add. Plutarchus in Sylla</i> f. 453.
Libya, <i>Ammone dicta, inter Æ-</i> <i>gyptum & Cyrenas ſita</i> , 17.	Parthi ſigna reſtituunt 24.
& not. 45.	Pentapolis <i>Libye</i> 16.
Libyphœnices, not. 22.	perennitas veſtra 2.
limes orientalis 17, 18.	Philippopolis 12. not. 38.
limitanei milites 30.	phylarchi 17.
	Portus oppid. 3. not. 11.
M.	præſidialis 8.
Madena regio 19. & 34.	præſides 5. not. 17.
Magneſiæ in Aſia dux 15. not.	præſumere, <i>audere</i> , 10. not. 29.
42.	Præualis 11.
Mauritaniæ 7. not. 21.	propria manu, <i>ſua manu</i> , 7.
Mazaca <i>Græcis</i> 14.	propria morte 26.
Medena, <i>Media</i> 22.	propria ſponte 25. <i>add. not.</i>
Mefopotamia quater amiſſa 18.	prolixior via 34.
<i>per momenta temporum</i> 22.	Ptolemæus Cyprius 16.
	Cyrenaicus 17.
	purpuratus 30.
N.	Q.
Narſeus rex 18. & 30.	Quinquegentiani <i>trans Ti-</i> <i>grim</i> 18.
Narſenſe bellum 32. not. 88.	
nimbus ſagittarum 32.	R.
Niſibis capta a Rom. 17. & 19.	rebellare, <i>arma mouere</i> 6.
oppugnata 32.	refirmare 18.
Perſis tradita 35. not. 98.	regnator orbis 33.
nocturnum prælium 19. & 32.	Rhodope, regio 12. 13.
Nouempopulana provincia 9.	Rubico fl. 9.
not. 28.	S.
O.	Sacramenta ſædare 25.
Oceanus mare 7.	Sara
Orceſes ter victus 20.	
Oſtia opp. 3.	

Good.
L. B. H. v. 15.

Worm

Handwritten text, possibly a list or account, with large numbers 11, 11, 6, 2.

Handwritten text, possibly a signature or name.

Handwritten text, possibly a signature or name.

Handwritten text, possibly a signature or name.


ULB Halle 3
004 848 543


Sh

VD77







B.I.G.

Farbkarte #13

REVIARIUM ²
X. RVFI
RVFI FESTI)

de

ORIIS AC PROVIN-
POPULI ROMANI,

ad

ENTINIANVM
Augustum:

Cum

Annotationibus

TOPHORI CELLARI,
MALCALDIENSIS.

CIZAE,

. BIELKI, Bibliop. Ien.
ripsit Fridem. Heststädt.
M DC LXXIIX.

